UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad überlassen der Stadt Osterburg eine Wiese, im Jahre 1269.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54934

Visual Library

neant, ſigillo domini Nicholai de werle et ſigillis noſtris et utriusque cenventus, ſcilicet Crevenſis et Dobrotynenſis, duximus roboranda. Acta ſunt hec anno domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono. Datum in Robele, undecimo Kalendas Octobris.

Rudloff Cod. dipl. Megapol. I, 36. 37.

XIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad überlaſſen der Stadt Oſterburg eine Wieſe, im Jahre 1269.

Omnibus in perpetuum. In nomine ſancte et individue Trinitatis, Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes. Non inutili prouidentia credimus extitiſſe ſtatutum, ut in legitimis contractibus ſcripturarum teſtimonio juvaretur, ne ſuſcitarentur abolite queſtiones et inorbum paterentur ſopite controverſie recidivum. Ideoque notum eſſe volumus, tam preſentis temporis Chriſti fidelibus quam futuris, quod nos civitati noſtre Oſterburch pratum quoddam, appellatum Seggewiſch magnum, ſitum juxta pretactam civitatem, dimiſimus pro viginti et ducentis marcis Brandenburgenſis argenti, cum curia ſita in eodem prato, lignis, paſcuis, paludibus, graminibus, viis et inviis et omnibus attinentiis proprietatis titulo perenniter poſſidendum. Ut ergo hujus venditionis et dimiſſionis jam dicte contractus eidem civitati perpetuis temporibus maneat inconvulſus, preſentem paginam ſuper his conſcribi juſſimus, et ſigillorum noſtrorum apicibus communiri, adhibitis nihilominus teſtibus idoneis, quorum nomina ſunt hec: Johannes de Buch, Fridericus de Eckſtede, Cunradus de Quizau, Cunradus de Piverling, Buſſe de Jerckſchleven, Johannes de Kerkau Milites, Fridericus de Oſterburgh, Advocatus in Tangermunde, famulus, et quam plures alii fide digni. Acta ſunt hec in Tangermunde, Anno Dominice incarnacionis MCCLXIX.

Lenz Br. Urk. S. 59. Beckmann's Beſchr. V, I, VII, Sp. 18. Für de Piverling hat letzterer Abdruck de Snetlinge und für de Jerckschleven hat er de Jackleve.

XIV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto ſchenken der Stadt Oſterburg die Dorfſtätte Pynnow mit deren Zugehörungen, am 19. Januar 1280.

Otto, Albertus et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes recognoſcimus et tenore preſentium proteſtamur, quod nos civitati Oſterborg libere dimiſimus locum quendam, qui Dorpſtede Pynnow dicitur, et omnes ſitus, pertinentes ad eundem locum, cum diſtinctionibus terminorum, qui Marckſcede dicuntur, et limitibus ſituum ſive meatuum antiquitus obſervatis, ſicut